





880

1767. 12.

SPECIMEN  
CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

DE

HONORARIO

ILLICITO INTERDV M VSVRARVM

PALLIO

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.

ET SOCIETAT. LITER. BVISEVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XXIII. MAII ANNO CIOCCCLXVII.

PVBLICE DEFENDET

IOANNES AVGVSTVS GOTTLIEB

KIESLING

ZITTAVIENS.

---

LIPSI AE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



SPECIMEN

CONTINENT

CAVAT HIER CONTROVERSIAM

HONORARIO

ILLUSTRO INTERDU VSRARUM

PALLIO

ILLUSTRO TORMI ORINGI ANNA

DE

CHRISTIANO HENR BERTING

IN AVITONIS BERTING

IOANNES AUGUSTUS GOTTING

ERTLING

1751



DE  
**HONORARIO**  
ILLICITO INTERDV M VSVRARVM  
**PALLIO.**

---

§. I.



Non est nouum aliquod inter recentiores regnorum incolas enatum vitium, potius iam antiquis temporibus notum, quod *vsuraria prauitas* vocatur. Naturales quidem vsurarum determinationem conuentioni partium reliquere, at in ciuitatibus hominum nimia inhumanitas et habendi libido ex auaritia exoriens occasionem dedit vsurarum foenorisque determinationi. Abstineamus ab antiquis illis fabulis maiorum nostrorum, qui etymologiis, variis definitionibus, synonymiis et aliis integra folia explebant. Quae vsurae, quid foenus praeter **SALMASIVM** de foenore et vsuris. Franc. **HOTMANNVM** de

de *Vsuris* Ioan. BORCHOLTEN Ad. Tit. C. de *Vsuris*, Gerh. NOODT. de *foenore et Vsuris*, omnia definiere compendia. Haec omittimus, qui vnicam de *Vsurarum* quodam *improbo pallio* obseruatiunculam scripturi sumus.

§. II.

Satis est scire, ciuiles leges certam olim praescripisse legitimam quantitatem vsurarum. Hanc postea et omnem vsuram definitionem in Clericis improbasse *Concil. Nicaenum*, ex Actis huius concilii quem locum, vtrechte mihi videtur, HOTMANN de *Vsur. L. II. p. 141.* de Clericis tantum interpretatur. Pontificiorum erronea postea interpretatio omnem improbauit vsurarum vsu, quae causa fuit, ne otiosam plane pecuniam habeamus, aut nostra, vsu concessio aliis, careamus, vt variis inuentis circumuoluerint vsuras, quae sub alio nomine licitae fiebant, illicitae sub nomine vsurarum. Ita sane annuorum redituum quorundam causa pallium continet vsurarum. Coemebam a Titio ex suo fundo quinquaginta, pretio mille Vallengum: seu, quod idem est, mutuo dabam Titio mille Valenses; qui singulis annis quinquaginta vsurarum loco soluebat. Sed haec omnia bene.

§. III.

At cum Leges grauioribus sanctionibus legitimam quantitatem dederint, quam excedere, sine commisso crimine vsurariae prauitatis nemini liceret, in quem finem et ciuilia et canonica iura pariter atque patria poenas statuerant legum transgressoribus; ii, qui legitima illa vsurarum quantitate contenti esse nollent, variis fraudibus legum autoritatem subuertere, sibi a poena, inuentis variis causis, immunitatem, licet in leges peccarent, quaerere studuere. Cupiebant esse vsurarii sed ita, ne viderentur vsurarii homines esse, vt delicti poenam euitarent.

evitent. Non omnes fraudes aperiemus. Iudicium dabimus  
de vnica causa, quae ad palliandam prauitatem vsurariam inuenta.

§. IV.

Titius, qui eget, a Caio foeneratore petit C mutua,  
oblato praeterea in securitatem crediti pignore. Gratis conce-  
dit mutuae pecuniae usum, pro vt natura dicitur esse mutui,  
quod gratuitum est. At humanitatis officia, quale est mutui  
concessio, gratitudinem exigunt, quam vt alter eo rectius ob-  
feruet, creditor titulo *honorarii*, (seu vt vocant nostrates potius  
Doucer, Gratia, ) de sorte propter usum in annum concessum  
XII. vel ultra deducit, statim ea tamen conditione vt integra  
C. debitor finito tempore annuo restituat. En hominem be-  
neficum et liberalem ! En gratitudinem et liberalitatem plane  
singularem !

§. V.

Iam videamus, quibus argumentis forsitan fraus, quae legi  
fiat, excusari possit. Si rem ex intentione creditoris considera-  
mus, donationis seu liberalitatis species esse debet. Gratis enim  
mutuum concedit debitori, at ipse debitor vel autoritate *L. 25.  
ff. de probat.* cum *nemo praesumatur facile suas iactare pecunias*  
ex liberalitate, quod creditor ipsi beneficium confert, compen-  
sat deductione de quanto sortis facta. Neque mirum, id ipsa  
conuentione perfici, quippe donatio fieri solet ex legis disposi-  
tione, conuentione. Dein, cum donationes iis prohibitae non  
sunt, dummodo quis rerum suarum liberam habeat dispositionem,  
vix adesse videtur ratio, quae eiusmodi liberalitatem, qua be-  
neficium compensatur, prohibeat, maxime cum lex insinuationem  
tantum vrgeat, si summa excedat donata quingentos foli-  
dos, et eam tantum improbet, quae inofficiosa. Imo ne vide-  
tur quidem egere insinuatione haec liberalitas, quippe ad causas  
donatio-

donationis remuneratoriae referenda, vt ducunt plerumque argumentum ex *L. 27. ff. h. t.*

§. VI.

Sed quamuis utique videatur primo intuitu ex capite liberalitatis excusari posse; tamen, re accuratius perpenſa, facile apparebit, summam ineſſe huic negotio iniuſticiam. Nam I.) non eſt vera donatio aut liberalitas, quippe non ſponte illud honorarium, ſi ita dicere fas eſt, perſoluitur a debitore, ſed coacte, quum alias mutuum vix acciperet a creditore. Dein II.) non ipſe debitor conſtituit illud honorarium pro vt liberalis eſſe vult, ſed ipſemet creditor, atque degenerat illa deductio in cauſam ſine qua non daturus eſſet mutuum. Porro III.) Eſt illa liberalitas in fraudem legis. Si enim creditor uſurarum iuſta quantitate contentus eſſe veller, non admitteret, vt debitor ipſi maiorem summam titulo liberalitatis, qui utique fictus eſt, pernumeraret, maxime cum inuito beneficium non dari poſſet *L. 69. ff. de R. I.* Amplius IV.) aliae fraudes legibus non improbatæ, hanc excuſare nequeunt. Quodſi enim concedamus, annuos redditus interdum conſtitutos fuiſſe, ne uſuras exigere videretur creditor, tamen cum plerumque legitima quantitas in hoc uſurarum pallio ſeruata, tanta fraus legi facta non eſt, quanta ſit, ſi pallio liberalitatis maior quantitas acceptatur. Tandem V.) *Iure Electorali Saxonico* ſanctionibus legum videtur improbata. Sicuti enim Nouiſſ. MANDAT. contra *Bancoruptores* de d. XX. Decbr. MDCCCLXVI. denuo legitima quantitas uſurarum ad *quincunces* præterquam inter mercatores in cambiis, in quibus *famiſſales* permittuntur, determinatur, imo poenæ et creditori plus capienti et debitori ſoluendi ſtatuuntur; ita quoque eiꝰ modi pallia uſurariæ prauitatis coercentur. Quod ad poenas attinet, ita *Sereniſſimus*: Daſerne aber einer, außer bey Wechſel



sel. Versprechungen 6 pro Cent. von den Schuldnern genommen; so soll der jedesmal zu viel erhobne sechste Zins-Thaler vom Capital abgezogen, und hierüber der Creditor um das Quatruplum desjenigen, so er zur Ungebühr erhalten bestraft werden *ic. et paulo post.* Da hingegen, bey denen auf mehrere Zinsen gerichteten Verschreibungen, diese so wie alle andere in denen obervorordneten Mandaten, de Annis 1609. 1614. und 1625. bemerkte wucherliche Contracte, Cessionen und Handlungen hiermit schlechterdings vor null und nichtig erkläret werden, dergestalt, daß der Creditor daraus etwas zu fordern, nicht befugt und keine Execution darauf verfügt werden, der Wucherer vielmehr der ganzen Forderung welche dem Churfürstl. Fisco verfallen, verlustig seyn und hierüber mit denen in mehr besagten Mandat de A. 1725. verordneten Strafen belegt, und von den Schuldnern aber dasjenige, was er von den verschriebenen Capital wirklich erhalten, gehörig eingebracht und an ermeldeten Fiscum verabsolget, nicht minder der debitor, wenn er Geld auf Wucher und dergleichen hohes Interesse angenommen, und solches der Obrigkeit gebührend nicht angemeldet, um den vierdten Theil der entlehnten Summe bestraft *ic. Quod vero ad palliatam illam prauitatem vsurariam attinet, ex verbis: auch die Schriftsteller, welche Verschreibungen darinne die Sache anders, als sie in der Wahrheit sich verhält, vorgetragen, abgefasset, und dadurch das ungebührliche *Negotium* wissentlich zu bemänteln gesucht, mit Geld-Gefängniß, auch, nach Befinden Leibes-Strafe belegt werden. Concludo, si lex ei qui adiutrices manus offert auxiliumque praestat in pallianda vsuraria prauitate, puniendus; quidni is, qui ipsemet fraudem committit, pallioque donationis et liberalitatis vsurariam prauitatem tegit, esset coercendus.*



§. VII.

At vero obinde nollem veram liberalitatem pro prohibita  
 declarare. Fac enim Sempronium amicum absque usuris C  
 mihi mutuo dare. Fac hac pecunia felicissime negotium per-  
 fecisse indeque graue lucrum obtinuisse. Restituo Creditori C  
 illa mutuo accepta et insuper X non promissa nec exacta, sed  
 sola amica quasi liberalitate tanquam sui amoris amicitiaeque re-  
 muneracionem, nulla sane causa, cur hac specie usurariam praui-  
 tatem palliatam dicamus, quin potius cessante fraude legi fa-  
 cta, valida erit donatio.

T A N T V M



ULB Halle  
003 719 014

3



1078







1767, 12.

I M E N  
INENS  
ONTROVERSVM  
E  
R A R I O  
D V M V S V R A R V M  
L I O  
O D  
M O R D I N I S G R A T I A  
S I D E  
HENR. BREVNING  
T G E N T. P V B L I C. O R D I N.  
I T E R. D V I S E B V R G.  
C I O  
I O P E T R I N O  
N O C I D I O C C L X V I I.  
D E F E N D E T  
S T V S G O T T L I E B  
L I N G  
V I E N S.

I A E  
L A N G E N H E M I A E.

